



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Et primo, Vtrum diabolus sit directè causa peccati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



AD SECUNDUM dicendum, q̄ Deus non deletur in perditione hominum, quantum ad ipsam perditionem: sed ratione suae iustitiae, vel propter bonum, quod inde peruenit.

AD TERTIUM dicendum, q̄ hoc q̄ Deus aliquorum excacationem ordinat in eorum salutem, misericordiae est: quod autem excacatio aliorum ordinatur ad eorum damnationem, iustitiae est: quod autem misericordiam quibusdam impendit, & non omnibus, non facit personarum acceptionem in Deo, sicut in primo \* dictum est.

AD QUARTUM dicendum, quod mala culpa non sunt facienda ut veniant bona: sed mala poena sunt inferenda propter bonum.

P. 3. ar. 5. ad 3.

*Super Quael. 80. Articulum primum.*

**I**N art. 1. q. 80. dubium occurrit circa propositionem in litera positam, scilicet, esse causam directe alicuius actus, non contingit nisi per hoc, quod proprium principium illius actus mouet ad agendum. Aut namque haec propositio intelligit absolute, ut sonat, in nihil est directe causa actus nisi &c. aut limitate ad actum alterius per materiam subiectam, de qua est sermo, causa scilicet extrinseca, q̄ homo peccet. Si primo modo, obstat illi illa maxima, Deus potest supplere vicem cause secundae. Si secundo modo, obstat litera, quae principium actus voluntarij, voluntatem scilicet ad agendum moueri subiungit non solum a Deo, sed a se, si enim de extrinseco tantum motore esset sermo in illa propositione, ipsummet non conueniretetur sublimando.

**¶** Ad hoc dicitur, q̄ neutro modo propositio literae intelligitur. Quae enim non intelligatur primo modo, patet ex hoc, q̄ nullu principium mere naturale esset causa directe actus proprii, eo q̄ nullu tale mouet se ipsum ad agendum. Si, n. ad causandū directe actū, exigitur qd moueat ad agendum, principiu illius actus principiu, absq; vlla ambiguitate sequitur, q̄ nec calor sit directe causa calefaciendi, nec lux illuminandi, &c. Quod vero nec secundo modo intelligatur, ex ipsa sumptione patet: quamuis

Sup. q. 75. artic. 3. & 3. q. 8. artic. 7. & Mal. q. 3. artic. 3. & 4. & quol. 3. artic. 8. corp.

\* Augu. 4. de Tri. cap. 12. circa princ. tom. 2.

\* cap. 4. ad circa princ. illius tom. 2.

\* ex lib. 1. c. 5. & li. 2. ca. 4.

li. 2. cont. Iovin. no 106. a princ. to. 3.

\* lib. 7. mor. eudemioru, cap. 18.

QVAESTIO LXXX.

*De causa peccati ex parte diaboli, in quatuor articulos diuisa.*

**D**EINDE considerandum est de causa peccati ex parte diaboli.

**¶** ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

**¶** Primo, Vtrum diabolus sit directe causa peccati.

**¶** Secundo, Vtrum diabolus inducat ad peccandum, interius persuadendo.

**¶** Tercio, Vtrum possit necessitatem peccandi inducere.

**¶** Quarto, Vtru oia peccata ex diaboli suggestione proueniāt.

**ARTICVLVS PRIMVS.**  
*Vtrum diabolus sit homini directe causa peccandi.*

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod diabolus sit homini directe causa peccandi. Peccatu enim directe in effectu consistit: sed \* Augu. dicit 4. de Trinita. q̄ diabolus suae societati malignos affectus inspirat. Et Beda † super Act. dicit, q̄ diabolus aiam in affectu malitiae trahit. & \* Isid. dicit in libr. de summo occultis cupiditatibus replet. ergo diabolus directe est causa peccati.

**¶** 2 Præ. † Hiero. dicit, q̄ sicut Deus est perfectior boni, ita diabolus est perfectior mali: sed Deus est directe causa bonorum nostrorum. ergo diabolus est directe causa peccatoru nostroru.

**¶** 3 Præ. \* Philof. dicit in quodā c. Ethica Eudemica, q̄ oportet esse quoddam principiu extrinsecum humani consilij: consilium autem humanum non solum est de bonis, sed etiā de malis. ergo sicut Deus mouet ad consiliu bonum, & per hoc directe est causa boni: ita diabolus mouet hominem ad consiliu malum, & per hoc sequitur, q̄ dia-

**H**obolus directe sit causa peccati. **S**ED CONTRA est, qd \* Augu. probat in 1. & 3. de lib. arb. q̄ nulla alia re fit mens hominis serua libidinis, nisi propria voluntate: sed homo non fit seruus libidinis nisi per peccatu. ergo causa peccati non potest esse diabolus, sed sola propria voluntas.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ peccatu actus quidam est. unde hoc modo potest esse aliquid directe causa peccati, per quem modū aliquis directe est causa alicuius actus: qd quidem non contingit nisi per hoc, q̄ propriu principiu illius actus mouet ad agendum. Propriu aut principiu actus peccati est voluntas, quia omne peccatu est voluntarium. unde nihil potest esse directe causa peccati, nisi qd potest mouere voluntatem ad agendum. Voluntas autem, sicut \* supra dictum est, a duobus moueri potest. Vno modo ab obiecto, sicut dicitur, q̄ appetibile apprehensum mouet appetitu. Alio modo ab eo, qd interi⁹ inclinatur voluntate ad volendum. hoc aut non est nisi vel ipsa voluntas, vel Deus, ut \* supra ostensum est. Deus autem non potest esse causa peccati, ut \* dictum est. Relinquitur ergo q̄ ex hac parte sola voluntas hominis sit directe causa peccati eius. Ex parte autem obiecti potest intelligi, q̄ aliquid moueat voluntatem tripliciter. Vno modo, ipsum obiectu propositu, sicut dicimus q̄ cibis excitat desiderium hominis ad comedendum. Alio modo, ille qui proponit, vel offert homini obiectum. Tertio modo, ille qui persuadet obiectum propositum habere ratione boni, quia & hic alicualiter proponit proprium obiectum voluntati, quod est rationis bonum veru, uel apparens. Primo igitur modo res sensibiles exterius apparentes mouent voluntate hominis ad peccandum: secundo autem & tertio modo uel diabolus, uel et homo potest incitare ad peccandum, uel offerendo aliquid appetibile sensui, uel persuadendo rationi. Sed nullo istorum trium modoru potest aliquid esse directa causa peccati: quia voluntas non ex necessitate mouetur ab aliquo obiecto, nisi ab ultimo fine, ut \* supra dictum est: unde non est sufficiens causa peccati, neq; res exterius oblata, neque ille qui eam proponit, neque ille qui persuadet. unde sequitur, q̄ diabolus non sit causa peccati directe, uel suffi-

namque dicitur...  
piam, quod ad...  
tatem doctrine...  
author et volun...  
moueri a se. Si...  
maliter concu...  
re cōspicitur...  
bit, q̄ est uera...  
malis sublim...  
p̄ hoc oportet...  
re ppositio...  
ne esse ad cau...  
tus, & extra...  
fic est. Intend...  
tur author, q̄ ad...  
directe causam...  
qui est alicui...  
sue illud aliq...  
idem, siue dicit...  
a causa, exigun...  
causa propriu...  
cipium illius...  
moueat ad ag...  
ita quod in hac...  
positione duo...  
neut. Alterum...  
supponitur, scil...  
actum existere...  
ius principiu...  
tini, & per hoc...  
duntur omnia...  
q̄ 3. ar. 5. ad 3.



cienter, sed solum per modū persuadentis, vel pro-

ponentis appetibile. AD PRIMUM ergo dicendum, qd omnes ille autho-

ritates, & si que similes inueniantur, sunt referendæ ad hoc, qd diabolus suggerendo, vel aliqua appetibili proponendo inducit in affectum peccati.

AD SECUNDVM dicendum, qd similitudo illa est attendenda quantum ad hoc, qd diabolus quodammodo est causa peccatorum nostrorū, sicut Deus est aliqua bona causa bonorum nostrorū, non tamen attenditur quantum ad modū causandi: Nā Deus causat bona interioris mouendo voluntatem, quod diabolo conuenire non potest.

AD TERTIVM dicendum, qd Deus est uniuersale principū oīs interioris motus humani: sed qd determinatur ad malū cōsiliū voluntas humana, hoc dicitur quidē ex voluntate humana, & a diabolo p modum persuadentis, vel appetibilia proponentis.

¶ Super Questionis So. Articulum secundum.

ARTICVLVS II.

Utrum diabolus possit inducere ad peccandum interioris instigando.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur qd diabolus non possit inducere ad peccandum interioris instigando. Interioris enim motus animæ sunt quidam opera vitæ: sed nullū opus vitæ potest esse nisi a principio intrinseco, nec est opus animæ vegetabilis, quod est infimū inter opera vitæ, ergo diabolus secundum interiores motus non potest hominē instigare ad malū.

¶ 2 Præ. Omnes interiores motus secundum ordinem naturæ a sensibus exterioribus oriuntur: sed præter ordinem naturæ aliquid operari, est solius Dei, ut in primo dictū est. ergo diabolus non potest in interioribus motibus hoīs aliquid operari, nisi secundum ea, quæ in exterioribus sensibus apparent.

¶ 3 Præ. Interiores actus animæ sunt intelligere, & imaginari: sed quantum ad neutrum horū potest diabolus aliquid operari, quia, ut in primo habitū est, diabolus non imprimit in intellectu humanū: inphantasiam etiā vř qd imprimere non possit, quia formæ imaginatæ tanquā magis spirituales, sunt digniores qd formæ, quæ sunt in materia sensibili, quas tñ diabolus imprimere nō potest, ut patet ex his, quæ in primo habitū sunt. ergo diabolus non potest secundū interiores motus inducere hominem ad peccatum.

SED CONTRA est, quia secundum hoc nunquam tentaret hominem, nisi visibiliter apparendo: quod patet esse falsum.

RESPON. Dicendum, qd interior pars animæ est intellectiva & sensitiva. Intellectiva autē cōtinet intellectum & volūtatē, & de volūtatē quidē iā dictū est, quomodo ad eā diabolus se hēt. Intellectus autē per se quidē mouetur ab aliquo illuminante ipsum ad cognitionē veritatis, qd diabolus circa hoīem nō intendit, sed magis obtenebrat rōnem eius ad cōsentendū peccato, quæ quidē obtenebratio puenit ex phantasia, & appetitū sensitiuo: unū tota interior operatio diaboli esse vř circa phantasia & appe-

titum sensitiuum, quorū utruq; cōmouendo potest inducere ad peccatum. Potest enim operari ad hoc, qd imaginationi aliquæ formæ imaginariæ præsententur. potest etiam facere, qd appetitus sensitiuus concitetur ad aliquā passionem. \* Dictum est enim in j. lib. qd natura corporalis spirituali naturaliter obedit ad motum localem. unū & diabolus omnia causare potest, quæ ex motu locali corporum inferiorū provenire possunt, nisi uirtute diuina reprimat. Quod autem aliquæ formæ repræsententur imaginationi, sequitur quandoq; ad motum localem. Dicit enim Philo. in lib. de somno & uigilia, qd cū animal dormierit, descendente plurimo sanguine ad principū sensitiuum, simul descendunt motus, siue impressiōnes relictæ ex sensibilibus motionibus, quæ in sensibilibus speciebus conseruātur, & mouēt principū apprehensiuū, ita qd apparent ac si tunc principium sensitiuum a rebus ipsis exterioribus immutaret. vñ talis motus localis spirituum, vel humorum, procurari potest a dæmonibus, siue dormiant, siue uigilent homines; & sic sequitur qd hō aliqua imaginē. Similiter et appetitus sensitiuus concitatur ad aliquas passiones secundum quendam determinatum motū cordis & spirituum: unū ad hoc et diabolus potest cooperari. Et hoc qd passiones aliquæ cōcitantur in appetitu sensitiuo, sequitur qd & motus, siue intentionē sensibilem prædicto modo reductā ad principium apprehensiuum magis homo percipiat: quia ut Phil. in eodem lib. dicit, Amantes modica similitudine in apprehensionē rei amatæ mouentur. Contingit et ex hoc, quod passio est concitata, ut id quod proponitur imaginationi, iudicetur prosequendum: quia ei quia passione detinetur, uidetur esse bonū id, ad quod per passionem inclinatur. Et per hunc modum interioris diaboli inducit ad peccandum.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd opera uitæ semper est sint ab aliquo principio intrinseco, tamen ad ea potest cooperari aliquid exterius agēs: sicut etiam ad opera animæ vegetabilis operatur calor exterior, ut facilius digeratur cibus.

AD SECUNDVM dicendum, qd hōi apparitio formæ imaginabiliū nō est oīno præter ordinē naturæ, nec est p solū imperium, sed p motum localem, ut dictum est. Vnde patet rōnis ad tertiū, quia formæ illæ sunt a sensibus acceptæ primordialiter.

¶ Super Questionis So. Articulum tertium.

ARTICVLVS III.

Utrum diabolus possit necessitatem inferre ad peccandum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod diabolus possit necessitatem inferre ad peccandum. Potestas enim maior potest necessitatem inferre minori: sed de diabolo dicitur Iob 41. Non est potestas super terrā, quæ ei ualeat cōparari, ergo potest homini terreno necessitatem inferre ad peccandum.

¶ 2 Præ. Ratio hominis nō potest moueri nisi secundum ea, quæ exterioribus sensibus proponunt, & imaginationi repræsentantur: quia omnis nostra cognitio ortū habet a sensu, & nō est intelligere sine phantasia, ut dicitur in lib.

¶ Super Questionis So. Articulum tertium.

ARTICVLVS III.

Utrum diabolus possit necessitatem inferre ad peccandum.

IN artic. 3. in respōsione ad 3. dubium occurrit. nā hac doctrina retractatur inferius in tertia parte in questio. de tentatione Christi, ubi extitimet autoritate August. author dicit, quod non potest esse abique peccato tentatio a carne: non enim compatitur se dicta hic & ibi. Nam ibi dicitur, quod concupiscētia carnis aduersus spiritum, non potest esse abique peccato: hic dicitur, qd non est peccatū, quando ei ratio actualiter resistit. non semper ergo est peccatum.

¶ Ad

p. p. q. 116. art. 3.

esp. 3. paulo ante mediū, to. 1.

ca. 2. a med. to. 2.

In cor. art.

Mal. q. 3. art. 3. ad 9. & ar. 4. cor. & q. 16. ar. 11. ad 10. & ar. 12. ad 10.

Vertical text in the left margin, partially cut off.